OBSERVATIONES NONNULLAE
DE
RIBUS INTERMITTENTIBUS LARVATIS.

DISSERTATIO
AUGURALIS MEDICO-PRACTICA
QUAM
NSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS
IN
NIVERSITATE LITERARUM ALBERTINA
PRO SUMMIS
IN
IEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS
RITE IMPETRANDIS.
DIE XI. MAII MDCCCXXXVI
H. L. Q. C.
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR
RNESTUS MORITZ HEILIGENBEILENSIS
CONTRA OPPONENTES AMICOS
ACOBUM HIRSCHFELD BRUNSBERGENSEM
ET
MAURITIUM LEWALD REGIOMONTANUM
MEDICINAE CULTORES.

REGIOMONTI PRUSSORUM.
IMPRESSIT CONRADUS PASCHKE.

VIRO

:RISSIMO, EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO, DOCTISSIMO

AROLO LUDOV. KLOSE

INAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, MEDICINAE IN
MIA PRUSSORUM ALBERTINA PROFESSORI OR-
RIO, AUG. BOR. REGI A CONSILIIS REGIMINIS
MEDICIS, FOEDERIS ARTEM SALUTIFERAM IN
EGNO BORUSSICO COLENTIS SOCIO ORD.
SOCIETATIS MEDICO-CHIRURGICAE HUFE-
LANDIANAE NEC NON PHYSICO-MEDICAE
ERLANGENSIS SODALI ORD.
RESPONDENTI.

FAUTORI SUMMO

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

D. D. D.

AUCTOR.

Praefamen.

Cum animum meum dissertationi conscribendae inaugurali adverterem atque materiam medico-practicam eligere vellem, praecipue tum febres intermittentes, cui morborum speciei, perinde ac medicinae incubui, maxime favebam, in mentem mihi venerunt. Me nequaquam fugit, hanc morborum speciem in multis scriptis therapeuticis satis copiose accurateque tractari, libros etiam de hac modo materia sat praestantissimos existere, ita ut arrogantiam quandam praeferre mihi viderer, si huic themati vacare conarer, quamobrem ab hac re me abstinere volui. His angustiis coarctatus, tem-

pore etiam urgente, ill. professor Sachs, cuius policlinicam medicam tum temporis frequentavi, ab eoque consilium de hac re petii, ut casibus febrium intermittentium larvatarum a policlinico tractatis ad dissertationem scribendam uterer dedit; quamobrem praeceptori summe venerando maximas publice ago gratias. Plures enim ejusmodi casus, qui nobis memoratu digni viderentur, maximeque febres intermittentes neuralgicae, nobis in conspectum venerant et sanati sunt. Historiis morborum ex veritate enarratis, de diagnosi quidquam adjungam et aliquid de origine febris intermittentis neuralgicae disserere audebo.

Historia morbi.

I.

Joannes Gehrke, mercenarius quidam, quadragesimum quartum degens annum, habitu corporis sublimi gracilique, constitutione sat firma, Calendis Octobribus auxilium instituti policlinici medici petiit. Vir, antea fere nullo vexatus morbo, initio aestatis valetudinarius factus est, cum saepius aegritudine, defectu appetitus, dyspepsia, anorexia, morositate, diarrhoea et alvi obstructione mutuo se excipiente laboraret. Ante quinque has hebdomades autem lectum quaerere coactus est, correptus frigore intenso, capitis dolore, artuum summa lassitudine et defatigatione. Aliquibus diebus interjectis negotiis suis rursus

vacare potuit, et sic per vices aliquamdiu mox melius mox pejus homo sese habebat. Die XXVIII. Septembris aegrum in opere subito hora pomeridiana tertia horror fere concutiens, insequente calore parvo, invasit, vespere vero ejusdem diei, ut aeger ipse edicit, ab omni molestia liber erat. Die insequente frigus magnum rediit sed jam horis matutinis atque per totam diem extendebatur. nox erat inquieta et dies sequens in sempiterno delirio tacito ab aegroto transigebatur.

Calendis Octobribus ad aegrotum arcessiti sumus atque eum deteximus statum: aeger stupidus, cruribus divaricatis, trunco ad pedes ruente jacebat; facies erat pallida, collapsa. Conquerebatur praecipue de capitis dolore, aurium tinnitu, oris amaritudine et lassitudine summa. Lingua muco flavo crasso obtecta. Abdomen in regione epigastrica aliquid tensum, attactum et pressionem fortiorem bene perfert. Alvus tarda. Cutis tota sudore viscoso obtecta. Conscientia deliriis obfuscata. Memoria praeteritorum minuta. Pulsus frequentes, molles. Sub hac rerum conditione primum nobis suspicio speciei alicujus febris nervosae stupidae obvenit. Considerantibus nobis accuratius decursum totius morbi, qui jam antea modo paroxysmorum ae-

grum invadebat et ultimo quoque die horrore cum summo invadebat, persuasum est, cum febre intermittente larvata rem nobis esse, praecipue cum genium epidemicum, qui diversissima intermittentium genera nobis obtulerat, respiceremus. Praemisso ergo emetico:

℞ Tart. stibeat. grj.
rad. Ipecac. ℈j.
Sacch. alb. ℈ß.
M. f. pulv. D. S. emetic.

Chininum mur. in usum vocare statuimus.

℞ Chin. mur. grxjj.
solv. l. a. in
Inf. calam. arom. (ex ʒjj) ℥jv.
adde
Syr. comm. ℥ß.
MDS. Omni bihorio cochlear sumendum.

Die IIdo. Status pejor. nox in somno comatoso peracta est. Aegrotus comatosus ad quaestiones perverse respondet. Lingua sicca, coreacea. Cutis calida, siccissima. abdomen hodie attactus est impatiens. Alvus bis heri soluta, prima sedes faeculenta, altera aquosa.

Sub vesperam. status in melius sese vertit. deliria nulla, capitis gravitas aliqua solum et susurrus aurium adest. Lingua humida sed gastri-

cum obtegumentum praebens. Sapor amarus fugatus. Aegrotus cum appetentia aliquid comedit. febris nulla.

Die III. status et hodie melior. levis somnus per noctem aegrum restauravit. abdomen aliquantulum tensum, sub costis spuriis lateris sinistri dolor punctorius persentitur, qui in inspirando augetur. Caput nondum plane liberum. Pulsus debiles, molles, facillime comprimendi.

Die IVto. Nox quieta. Alvus regulariter ducitur. Aeger cibos appetit, quamvis lingua adhuc in radice muco flavo obtegatur. susurrus aurium nondum plane cessavit. Medicamina continuantur.

Die Vto. Dolores punctorii sub costis hirudinibus appositis cessarunt. Debilitas adhuc sola remanet.

Die VIto. Ad vires refocillandas species amaras in usum vocavimus:

℞ Hb. card. benedict.
— cent. minor.
Summ. millefol. aa ℥jj.
Rad. liquirit. ℥j.
c. e.
M. f. spec. DS. ad decoct. in octo dies.

Die IXno. Status gratus. Omnes functiones regulares. Vires in dies augentur.

Die XVImo. Continuo vir optime valet quare pro sano dimittitur.

II.

Carolus Nehrkorn, senex sexagenarius, scriba, constitutione corporis satis valida, quinta mensis Augusti die horis vespertinis subito corripiebatur sexies horrore. Nox inquieta, somnus somniis interruptus est; dolor capitis et oppressio in scrobiculo cordis accesserunt, nausea, appetitus depravatus, ructus amari, sapor amarus observantur. Lingua muco obtecta flavescit; alvus segnescit, urina rubra sedimentum praebet. Hernia inguinalis lateris sinistri existit. Bracherio rite apposito, emeticum porreximus:

℞ Rad. Ipec ℈j.
Tart. stib. grj.
Sacch. alb. ℈ß.
Mf. pulv. DS. emeticum.

vespere per emesin parva copia pituitae saporis amari ejecta est. Alvus liquida depone-

batur; ceterum status morbi fere idem. Ordinavimus

℞ Kali carbonic ʒj.
Satur. c. acet. vin. q. s.
adde
Inf. rad. valer. (ex ʒj.) ℥jj.
Syr. comm. ℥ß.
MDS. Omni bihor cochl. sum.

Die VIImo. Per totam fere noctem somnus concessus est. Dolor capitis mitigatus. sapor fatuus. lingua purior. magnus virium collapsus.

Die VIIIvo. Status morbi parum mutatus est. Praescripsimus:

℞ Decoct. rad. gram. (ex ℥ß.) ℥jv.
Amm. mur.
Succ. liquirit. aa ʒj.
MDS. Omn. bihor. cochl. sum.

Die IXno. Nox tranquilla. alvus per nycthemeram obstipata, appetitus ciborum parvus. Lingua immunda vires deficiunt. Proponitur.

℞ Inf. hb. Chenop. (ex ʒjjj.) ℥jv.
Kali tartar. ʒvj.
Syr. comm. ℥ß.
MDS. Omn. bihor. cochl. sum.

Die Xmo. Somnus imperturbatus erat. Alus ter deponebatur. faeces fere aquosae apparbant. febris vespertino tempore nulla. a medicainibus desistimus.

Die XImo. Vires redeunt. somnus tranuillus; alvus aperta; ut lectum aegrotus relinueret ei concessum est.

Die XIIdo. Nox fere absque somno transrta est et febris rediisse videtur. diarrhoea llet. Appetitus plane fere abolitus est. Ordiivimus:

℞ Inf. hb. millefol. (ʒjjj.) ℥jv.
Tart. tartaris.
Syr. comm. aa ℥ß.
MDS. Omni bihor. cochl. sum.

Die XIIIo. Status morbi pejor est factus. er noctem somnus quidem concessus est sed rum reficiens. deliria blanda et inquietudo rmagna observantur. Perpetua fere cupiditas rmiendi aegrotum tenet, dolor capitis urget; vus mane aperta erat. lassitudo et collapsus rium fere praeceps in conspectum veniunt.

Vespere. cupiditas dormiendi perseverat et, vigilat, aegrotus absurda loquitur. pulsus pam frequens, irregularis et duriusculus est.

Die XIVto. Per totam noctem somno tranquillo fruebatur aegrotus, quo etiam valde recreatus est. Dolor capitis minutus; lingua immunda fere sicca. Sitis, urina rubra nubeculam ad fundum vasis ostendit; sudor copiosus per totum corpus extensus, effunditur, sedes pultaceae semel deponebantur. pulsus parum frequentes, mollissimi sunt.

Vespere Aegrotus bene se habet; sudor evanuit, dolor capitis nullus; pulsus firmiores.

Die XVto. Noctis initio novus febris insultus aegrotum invasit, sitis ingens, jactatio et inquietudo permagna. Dolor capitis rediens scenam aperiebat, status soporosus sequebatur interrogatus nil respondet. oculis semiclausis perpetuo dormire videtur. abdomen parum tensum attactu dolet.

Vespere Urina involuntaria adfuit, ceterum status fere idem. Cum permagna suspicio de febre intermittente comatosa nobis exorta sit, praescripsimus:

℞ Chinin sulphur. grjj.
Sacch. alb. ℈ß.
Mf. pulv. D tal. dos. Nro. X. aequales S.
quavis hora pulvis sumend.

Die XVIto. Initio noctis conscientia rediit,

grotus loquebatur, interrogatus respondebat sitim languoremque virium accusabat. Per eve tempus somnus concessus est. Per diem nnunquam dormivit, sudorem largum profunns. Ordinavimus pulveres adhuc decem.

Die XVIImo. Noctu per intercapedines rmivit senex. sitis urget. lingua arida sort. appetitus plane abolitus, alvus aperta. De loribus in ulla parte corporis aegrotus non eritur. obnubilatio tamen capitis impedit, ominus interrogationibus celeriter apteque respondeat. Inquietudo et jactitatio prima no- augebantur. sitis accessit. Reiteravimus lveres decem, omni bihorio unum sumendum.

Die XVIIIvo. Apyrexia perfecta observa-. lassitudo tamen et languor virium existunt. petitus plane fere abolitus est. siccitas oris et is cruciant aegrotum. alvus regularis absolvi-. Ord.:

℞ Chin. sulphuric. ℈ß.
solv. l. a. in
Aq. menth. pip. ℥jv.
Syr. simpl. ℥ß.
MDS. Omni bihorio cochl. sum.

Die XIXno. Insultus febrilis non rediit.

Cupiditas fere perpetua dormiendi aegrotum tenet; obnubilatio capitis evanuit, appetitus parvus, lingua purior, alvus parum tarda. Ord.:

℞ Inf. calam. arom. (ex ʒjj.) ℥jv.
Kali tartaric ʒjjj.
Tinct. arom. ℈j.
Syr. comm. ℥ß.
MDS. Omni bihorio cochlear sum.

Die XXmo. Vires ingravescunt aeque ac appetitus ciborum. hilaritas animi rediit. urina sedimentum lateritium ostendit. Mixtura reiterata est.

Die XXImo. Nox tranquilla transacta est. Alvus bis deponebatur appetitus crescit; lingua madida, se purgare pergit. Ordinavimus:

℞ Rad. calam. arom.
— imperator. aa ʒjß.
Inf. aq. fervid. q. s. col. refrig. ℥jv.
Tinct. aromat. ℈ß.
— rhei. aquos.
Syr. simplic. aa ℥ß.
MDS. Omni bihorio cochlear. sum.

Die XXIIIo. Eodem tenore reconvalescentia progreditur. functiones normale absolvuntur.

but tamen obnubilatio aliqua adhucdum tenet. iones frigidae capitis commendantur.

Die XXVIto. Lectum jam per priores dies iquit. Praescripsimus:

℞ Stipit. Dulcam. ℥j.
Summit. Millef.
Hb. cardui bened.
— centaur. min. aa ℥jj.
Rad. liquirit ℥j.
c. c.
Mf. species DS. ad dec. in vjjj. dies.

Die XXXmo. Vires sensim sensimque re-nt; noctes placide transiguntur. functiones erae normale absolvuntur. Ut novus insultus eatur febris proponimus:

℞ Chin. sulph. ℈ß.
solv. l. a. in
Aq. menth. pip. ℥jv.
Syr. comm. ℥ß.
MDS. Omni bihor. cochl. sum.

Die quarto Septembris. Sanatus dimittitur.

III.

Ferdinandus Fuhrmann, vir quadragenarius, clinicum medicum adiit decima mensis Se-

ptembris die et si ante duos dies quarta vice dolore distrahente neuralgico a lumbis incipiente et ad internum femorum latus usque ad suras percurrente simul cum levi horrore per duas horas extenso et cephalaea correptum fuisse, quem statim sudor haud largus excepisset, conquestus est. Paroxysmus typum quartanum obtinet. Cephalaea, lassitudo, mucositas oris diebus et iam apyreticis superest. Ex octo annis epilepsia, quae nunc impetus rarius et nonnisi post iracundiam vehementem facit, laborat. Haec neuralgia cum morbo caduco connexum habet. Praeterea diarrhoea chronica adest. Lingua gastrica, pulsus quidquam frequentes, debiles sunt. Ordinavimus emeticum.

℞ Rad. Ipecac. ℈j.
Sacch. alb. ℈ß.
Mf. pulv. DS, emetic.

Die Septembris XImo. Quinquies aeger vomuit, ingesta et mucus exonerantur. Lingua iam purior est facta. Paroxysmus eadem hora recruduit.

Die XIImo. Aegrotus bene hodie se habet. Lingua pura. appetitus bonus. praescripsimus:

℞ Chin. sulph. ℈j.
Sacch. alb. ʒjj.

Mf. pulv. divid. in part. X. aeq. S.
quovis bihor. pulv. sum.

Die XIIIo. Febris non rediit. continuantur
lveres.

Die XVto. Aegrotus a paroxysmo febrili
eratus bene se habet. Ordinavimus:

℞ Hb. card. bened.
— cent. minor.
Summit millif. aa ℥jj.
Rad liquirit ℥j.
c. c.
Mf. spec. DS. pro potu ordinario.

Die XXmo. Febris non recrudescit. sanatus
ittitur.

IV.

Ephraim Beek, sutor, triginta tres annos na-
ex octo diebus post grave refrigerium laborat
re intermittente tertiana, sed typus anticipans
ervatur. Jam enim ex duobus diebus quoti-
febris revertitur. Una cum horripilationibus,
frigus non plane excultum est, oscitatio,
diculatio et dolor vehemens in extremitatibus

usque ad genu et cubitum se extendens sub intrat.

Calor per tres et sudor quatuor horas dura neque aeger somno capitur propter vehemente dolores, ne epithematibus tepidis quidem cessantes. Sub finem paroxysmi cephalaea et interdum tussis cum dolore pungente in latere sinistro exoriuntur. Ceterum aeger constitutionis debilis, prius jam haemorrhoidibus vexatus et flavum cutis colorem praebens, conqueritur de ructibus et vomituritionibus sed cessante febre haec quoque symptomata desiderantur.

Ordinavimus: ℞ Inf. cal. ar. (ex ʒj) ℥jv.
Amm. mur.
Succ. liquirit aa ʒj.
MDS. Omni bihor. cochl. sum.

Die Maji XXmo. Febris rediit. Symptomata eadem quin dolores cruris ad priorem gradum vehementiae sese attollerent. Contra atrox tussis cum doloribus regionis hypochondrii sinistri et praecordiorum. pulsus celeres, frequentes. duae sedes depositae sunt.

Praescrips. ℞ Chin. sulph. grjj.
Sacch. alb. ℈ß.
Mf. pulv. dent. tal. dos. Nr. X. S.
Omni bihorio pulv. sum.

Die XXIIdo. Febris evanuit. praeterea commode se habet, nihilque conqueritur. tribus diebus peractis, proposuimus:

℞ Summit. millef.
Hb. cent. minor.
— card. benedict. aa ℥jj.
Rad. liquirit. ℥j.
c. c.
M. f. spec. DS. ad decoct. in octo dies.

Die XXIXno. Species amarae reiteratae sunt.

Die Junii XVIto. Levis febris invasio ex diaetae, ut ipse professus est, vitio rediit, pandiculatio, dolores crurum, horrores caloresque alterni, sine perspicuo aut frigoris aut caloris stadio. Lingua gastrica.

Propinat. ℞ Tart. stib. grjjj.
Aq. destill. ℥jß.
Succ. citr. ital. ℥j.
MDS. emetic. ad proscript. sum.

Die XVIImo. Lingua pura. praeter vomitum multae subsecutae sunt sedes aquosae. No-

cte bene diuque dormivit. appetitus bonus. pulsus parum excitatus. Nihil ordinavimus.

Die XIXno. Novus febris insultus non exortus est. Omnes excretiones bene succedunt.

Die XXImo. Idem status bonus. sanatus est dimissus.

Epicrisis.

Si aegroti primi statum contemplamur, sympto-
ata haec praelucent: stupidus cruribus divari-
atis, trunco ad pedes ruente jacebat. dolor ca-
itis, aurium tinnitus aderat. cutis tota sudore
iscoso obtecta. pulsus frequentes, molles cum
eliriis mussitantibus; lingua sicca, quae omnia
omitatur status gastricus completus. Unicuique
aec omnia symptomata colligenti febris nervosa
upida in mentem venire debet, sicuti nobis pri-
um aegrotum visitantibus accidit. Si vero con-
deramus, morbum cum frigore sat intenso in-
episse, jam per longioris temporis spatium re-
issiones, intermissionesque etiam exacerbationes
aepius excepisse, clarius imago febris intermit-

tentis larvatae progreditur. Antequam morbus in pejus rueret, per duos dies perfectae erant intermissiones, quibus antecesserunt paroxysmi, quorum alter frigore forti brevi tempore, alter per totum fere diem durante inceperunt. Suspicionem nobis obstantem confirmavit etiam, quod jam in morbi historia commemoravi, genius tum temporis epidemicus, qui nobis multas diversissimi generis febres intermittentes produxit. Progressus vero morbi diagnosin probavit, nam sub vespere status comatosus intravit, qui tandem Chinino in usum vocato repente solutus est et meram praestitit apyrexiam, excepto statu gastrico, qui nondum fugatus erat. Nulla alia febris nisi intermittens tam subito proruit sine ullo aut cum tam paucis symptomatibus prodromis, itemque nulla tam plane stadium decrementi transilit et statim nisi symptomata ante febrem aut in decursu febris exorta remanent, aegrotum a febre liberum restituit. totum corpus, dum insultus durabat, sudore viscoso manabat, quod in febribus comatosis intermittentibus semper evenit. Irregularitatis character iam incipiens febris prae se tulit, nam insultùm calor quidem sequebatur sed minimus, deficiente omnino sudoris stadio, tertio febris intermittentis regularis; insultus secundus nisi frigus et quidem longissimum nihil neque caloris neque sudoris post se traxit.

Quod ad casum nostrum secundnm attinet, orbus incepit cum horrore saepius redeunte; adeit insomnium aut somnus somniis interruptus, cehalaea, oppressio in scrobiculo cordis, nausea, sapr amarus, ructus amari, lingua muco flavo obcta, alvus tarda, urina rubra. Hucusque morım hunc ex symptomatibus quisque pro febre ıstrica haberet, nisi iam maior virium collapsus defectus suspicionem excitet diebus inaequaous. Cum aegritudo fere finita videretur, reente die prioribus suspectis respondente, denuo bris prorupit, deliria mussitantia et inquietudiem permagnam secum ferens cum cupiditate ormiendi perpetua, cephalaea ingenti sicuti lastudine viriumque collapsu. pulsus erant frequens irregulares duriusculi. Hoc etiam tempore atus morbi imaginem febris nervosae prae se fert, , deliria, cephalaea, virium collapsus, pulsusque regulares indicant. Mutatio vero mox exorta spicionem omnem sustulit, nam somnum comasum excipit somnus tranquillus. Urina nubecum ostendit, pulsus molles et sudor copiosus per tum corpus extensus indicarunt apyrexiam et se progressum paroxysmum febris intermitten;, quod invasio novi insultus febrilis cum mno soporoso ceterisque symptomatibus die seente extra dubium posuit. Sopor maiorem, am antea gradum malignitatis adeptus est, ita

ut aegrotus in periculo obeundi esset, opusque esse haberemus, paroxysmum proximum remediis probatis, quominus aggrediatur, impedire, quod etiam factum est, quamquam diebus typo tertiano respondentibus aeger adhuc valde pronus ad somnum erat.

Hoc loco mihi non plane superfluum videtur, locum quendam Tortii *), quo de symptomatibus, quae malignitatem febrium intermittentium futuram iudicant, loquitur, hic adjicere: „huius natura est laborantis vultus prima accessione cadaverosus aut nimis tumidus cum pulsus inaequalitate, parvitate, debilitate aut interceptione vel asphyxia. Urina nimis crassa et pravi coloris, inquietudo insolita, anxietas, syncope, exsolutio et frigidi sudores vel toto accessionis tempore inordinati rigores, difficiles respirationes, deliria aut somni profunditas, vomitas etiam aeruginosus, paucus, cum gravi nausea et qui non confert. Alvi fluxus pinguis, dysentericus, variegatus aut sinceri humores, ingens totius corporis gravitas aut inquietudo et sitis, quae nullo potu sedatur. Sic etenim malum portendit delirium aut somnus, qui usque in diem quietis protrahuntur, item eodem die languidos, anxios, inquietos et siticulosos superesse laborantes, aut alio quo-

*) Torti therapeutice specialis Lib. 1, cap. 6.

.s accidenti oppressos quantumvis febris vel le-
.ssima vel nulla appareat. Si rigorem vigente
:bre superesse perniciosam censemus aut rigoris
mpore corpus sudare vel sudando frigere,
nimo linqui et plurimum vexari."

Haec singula symptomata singulis a Tortio
!atutis speciebus febrium intermittentium perni-
iosarum respondent, cum quemnam malignitatis
.odum febrem adepturam esse indicent.

Si hanc descriptionem cum nostro casu com-
aramus, reperiemus, ut ex aequalitate sympto-
hatum dijudicandum esset, febrem characterem
omatosae prae se esse laturam. Vicissitudo
uaedam iam antea typum tertianum obtinens
onspicua erat, tum inquietudo maxima, cepha-
.lea gravis, cupiditas dormiendi perpetua et so-
mi profunditas, deliria, repentinus virium col-
ıpsus, pulsus irregulares prorupuerunt, quae
mnia in antecedentibus symptomata malignita-
em febrium intermittentium praesagienda le-
untur.

Casus nostri ultimi praebent exempla duo
ebrium intermittentium neuralgicarum, quarum
'ortius nullo loco commemorat, neque quae ulli
pecierum eiusdem quadrant.

Omnes neuralgiae iis laborantibus tempus quoddam parcunt et tum denuo aggrediuntur, ita ut semper intermissionem praebeant perfectam, interdum etiam typum quendam observant, sed non tam breves facere intermissionis et si intraverint, per longius temporis spatium remanere solent. Primus casus meram fere neuralgiam ostendit, nisi omittamus, insultum horrore levi perseverante incipere et finiri sudore largo et hanc etiam febrem sicuti neuralgiam quarta vice redire. Notatu digna est ueuralgiae conjunctio cum epilepsia, quae octo jam annos aderat et nunc, cum intermittens febris advenerat, rariores fecit impetus. Mihi hic obvenit locus quidam huc pertinens, qui legitur in Senacii libro de febribus intermittentibus Lib. I. Cap. 4. Wie häufig und wie verschieden sind nicht die Nervenzufälle der hysterischen Weibspersonen und nichts desto weniger sind die davon befallenen den Wechselfiebern nicht mehr ausgesetzt, vielmehr habe ich bemerkt, dass sie weniger dazu geneigt sind und wenn sie ja davon befallen werden, so pflegen die Nervenzufälle unterdrückt zu werden.“ Haec scriptoris verba in hoc nostro casu optime probantur.

In secundo casu febris intermittens clarius progreditur ita ut stadium caloris sudorisque re-

ılariter decurrit, in frigoris autem stadio, horrilationes tantum cum oscitatione et pandicuione invadunt, quas comitatur symptoma exıordinarium, dolor brachii usque ad cubitum, ınorisque usque ad genu, ita ut nervi medianus crualis afflicti esse videantur. Quacum neural- in extremitatibus affectio adhuc nervi vagi njuncta erat, unde cardialgia cum ructibus et miturionibus, quae in ultimo paroxysmo dolon extremitatum vehementia superavit. Neuralı in ambobus casibus non symptoma forte acssorium sed symptoma morbi eumque constiıns erat, nam omnia cetera symptomata obumabat, cum paroxysmo simul aggrediebatur et gabatur et etiam plane cum febre extincta est.

Appendix.

De natura et origine febrium intermittentium ex antiquis sententiae propositae sunt diversae, quarum vero veteres eo omnes consenserunt, hunc morbum nihil amplius, nisi febrem esse et a febribus alius generis praecipue intermissione differre. Cum vero saepissime diebus etiam apyreticis de vera intermissione dubitandum esset et multi aegroti, quanquam febre carentes, pejus quam pridie se gererent, in febribus intermittentibus larvatis symptomata reperierentur, quae febribus aliis nequaquam convenire soleant et febrem omnino aut ex parte quidem ab adspectu nostro removeant, aliam rationem explicandi

acti sunt. Causam febris investigabantur me-ci et materiam febrilem sibi creabant, quae febrem excitaret et aegritudinem diebus apy-ticis efficeret. Huic opinioni indulgent van oven, Petrus Senac et alii; neque minus Tor-ıs, cuius sententia de origine febrium intermit-intium larvatarum Lib. III. Cap. 2. tali modo peritur:

„Sanguis in febribus intermittentibus se ha-t mere passive, principii vero activi rationem bet succus quispiam heterogeneus, per inter-lla eidem sanguini affusus et febrilem in eo rmentationem sive effervescentiam concitans, unde haerenter sequitur, quod in perniciosis tota ratio tota vis, secundum quam illae tam immaniter sae-ant, vel omnino vel saltem principaliter pendeat a li succo, quicunque ille sit, peculiarem diathesin, avam tamen supra consuetudinem suam atque lvestrem et septicam adepto, per quam tam avia, tam ferocia et varia producat sympto-ata.“ Ex Tortii ergo sententia perniciositas brium intermittentium a depravatione indolis ateriae febrilis, ex van Hoven a cumulatione ateriae febrilis in diversis corporis organis, ıde modo hoc, modo illud improvisum sym-oma oriatur, dependet.

Tissotius primus veram febrium intermitten-

tium intellexit naturam, easque pro morbo nervoso habuit; quae quidem sententia nunc temporis fere vulgaris est facta. Clar. professor Sachs *) etiam febrem intermittentem morbum esse nervosum sed systematis gangliosi dicit et ex structura gangliorum stricte accurateque febrium intermittentium larvatarum originem explicat.

Ex sententia, febrem intermittentem esse morbum nervosum systematis ganglisse, quomodo oriatur febris iutermittens neuralgica, cuius duo exempla in priori contemplati sumus, explicare susciperem. Si systema nervosum organicum ab aliqua potentia noxia, quae febrem intermittentem excitare solet, invaditur, organismus impetum a systemate nervoso removere conatur, quamobrem reactionem systematis vasorum efficit, id est febrem, quo conatu semper impressio quaedam ad medullam spinalem et inde ad omnes ceteros nervos, ab ea exortos propagatur, quod perspicue clareque motiones spasticae, si frigus febrile aggreditur, demonstrant; nam tremor vehemens et crepitus dentium, frigus febrile comitantes, nullo mihi alio mode explicandi videntur. Si haec impressio medullae spinalis homines aut cum constitutione sensibili praeditos aut quorum nervi

*) Sachs u. Dulk Handwörterbuch der practischen Arzeneimittellehre Art. China.

sitivi sunt debilitati, forte invadit, quomodo, fallor, nostra duo exempla demonstrant; alter ipe erat constitutionis sensibilis alter erat epticus, aegrotus, quem occupat disharmo- inter nervos motorios et sensitivos et qui- hi illis postpositi sunt quod ad eorum vim net, facillime dolores in nervis maxime affe- oriri possunt. Plexus vero, ex quibus nervi remitatum originem ducunt, ob eorum structu- maxime huic affectioni expositi mihi videntur. insultus neuralgici tam saepe redeunt, quam im- ssio medullae spinalis renovatur, in quoque insultu febrili, ideo neuralgia typum febris rmittentis accipit, sicuti nostri casus nobis ypum quartanum et quotidianum praestant.

Vita auctoris.

Ego, Ernestus Moritz die tertio mensis Julii anni millesimi octingentesimi duodecimi Heiligenbeilae, borussiae orientalis oppidulo natus sum, cuius in schola publica primis litterarum elementis fructus sum. Tredecim annos natus a clar. Schroeder, jam defuncto, summo sacrorum antistite, cujus memoria optime de me meriti, nunquam me fugiet, per unum annum diligentissime eruditus sum. Quinque tum annos in gymnasio brunsbergensi degi. Grato animo virorum recordor clarissimorum Gerlach directoris, ill Biester, Kruge, Ditcke, qui doctrina sua et humanitate juvenis reverentiam amoremque sibi pararunt. Anno millesimo octingentesimo trecesimo primo cum signo maturitatis dimissus sum.

*A prorectore cl. de Baer in civium acade-
orum numerum receptus et a decano t. t. ill.
hs albo medicorum inscriptus sum.*

*Docuerunt me: cl. Herbart logicen et introdu-
nem in philosophiam sicuti psychologiam, doct.
ier botanicen generalem et specialem; ill. Dulk
niam experimentalem, phytochemiam, zoochemiam et
rmaciam; ill. de Baer zoologiam, zootomiam,
nchnologiam, neurologiam, anatomiam comparatam
itozoologiam; doct. Burdach jun. osteologiam, syn-
nologiam, myologiam, angiologiam, artemque cada-
um rite secandorum; clar. Burdach sen. physiolo-
i; exp. Cruse methodologiam medicam et mor-
syphiliticos; doct. Richter materiam medicam;
Hayn artem obstetriciam et theoreticam et pra-
im; cl. Sachs theoriam morbi et therapiam spe-
em; cl. def. Unger chirurgiam generalem, specialem,
atoriam, ophthalmologiam, fasciarum machina-
que usum; cl. Dietz therapiam specialem; Clini-
et policlinicum chirurgicum et ophthalmologicum
unum et dimidium annum duce cl. beato Unger;
icum et policlinicum obstetricium et nojocomium
ill. Hayn, unum annum frequentavi; duos an-
policlinicum medicum duce cl. Sachs et unum an-
clinicum medicum duce Elsner et eo defuncto,
cl. Dietz.*

Omnibus his praeceptoribus omni qua par e reverentia maximas ago gratias.

Ut officio militari satisfacerem, stipendia fe chirurgi in legione regia pedestri tertia anno mill simo octingentesimo trecesimo tertio. Per hoc tem poris spatium duces atque fautores cognovi cl. Li den medicum generalem, expr. Lücke et Clebs medicos legionarios, quibus publice ago gratias.